

213.



Disputatio VI.

DE VI COMPULSIVA, DE DO-
lo item malo, & Alienatione iudicij mutandi
causâ facta,

QVAM,

Diuinâ aspirante gratiâ,

P R Æ S I D E,

CLARISSIMO

ET CONSULTISSIMO VIRO, DN.

HENRICO BOCERO, V. I. D.

& Professore in illustri Tubingensium Academia
celeberrimo, Domino Praeceptore

suo honorando:

ORDINARII EXERCITII GRATIA,

horâ locoque consuetis, pro tenuitate suâ ad 27.

diem Aprilis defendere co-
nabitur

M. GEORGIVS LEBEMYCVS

Austr.



TUBINGÆ,

Apud Georgium Gruppenbachium,

ANNO M. D. XCVIII.

V



Disputatio VI.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

In hoc tractatu tractatur de

compleva

compleva

Deinde tractatur de

compleva

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

In hoc tractatu tractatur de

compleva

compleva

ORDINARIUS EXERCITIUS

In hoc tractatu tractatur de

ordinariis exercitiis

ordinariis

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.

DE VI COMPLEVA DE D. O.



Disputatio VI.

DE VI COMPULSIVA, DE DO-
lo item malo, & Alienatione iudicij mutandi
causâ facta.

THESIS I.



RDINIS NVNC RATIO IV-
bet, vt de vi compulsiva, de Dolo item malo, & Aliena-
tione iudicij mutandi causâ facta edisseramus. (a) Vis
(b) compulsiva (c) est delictum, (d) quo quis metû,
qui in constantissimum cadere potest hominem, (e) alij
illicitè (f) iniicit, eo que ipsum eò adigit, vt vel alienet quidpiam,
vel ab obligatione debitorem liberet, hereditatem adeat, aut repu-
diet, vel stipulanti quid promittat. (g)

a) Vide thesin 1. disput. preced. (b) De hac vi est tot. tit. C. de his, que
vi, merusue causa. l. 1. l. 2. & l. 3. & tot. tit. ff. quod met. causâ. (c) Hanc vim,
de qua agimus, vulgò vocant compulsivam, Accurs. & alij ad l. extat 13. ff. dict. tit.
(d) per l. item si 14. §. in hac actione 3. ibi, & si crimine caret: & §. eum, qui
metum 13. ibi, & de dolo teneri: & §. quid si homo 11. ibi, quia tripli pœnâ propter
facinus satisfacere cogitur. l. quod diximus 16. in fine ff. quod met. caus. & §.
præterea 31. vers. in personam. Inst. de action. Donell. lib. 15. Comment. cap. 38.
pag. 508. vers. atq; hæc vetus. Oldendorp. class. 6. act. 10. num. 3. Dissent. Cuiac.
ad l. Metum 9. §. vlt. ff. b. t. & obstat, quod actio, quod metus causâ competit et-
iam contra tertium possessorem. l. item si 14. §. in hac actione 3. & d. l. 9. §. vlt. ff.
eod. tit. (e) l. Metum 5. iunct. l. seq. ff. quod met. caus. (f) d. l. 3. §. 1. ff. eod.
tit. (g) l. Metum 9. §. sed quod Prætor 3. & l. si mulier 21. §. vlt. ff. d. t.

II.

Circa hoc autem delictum duplex inspectio incurrit: vna de i-
pso metu, qui per vim atrocè alicui iniicitur: altera de iuris remedio,
quod aduersus hanc vim, & metum est comparatum.

III.

Metus est instantis, vel futuri periculi causâ mentis trepidatio
(a) præsens, (b) siue imminens. (c)

V 2

a) l. 1.



a) l. 1. ff. quod met. caus. (b) d. l. Metum 9. in pr. ff. d. t. (c) l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit.

IV.

Sed hinc eiusmodi desideramus metum, qui iustus sit, qui item ab aliquo sit illatus, & quidem illicitè obiectus, cuiusque causâ quid gestum sit, ex quo aliquid absit ei, qui metum passus est.

V.

Iustum hinc accipimus metum, non quemlibet timorem; sed maioris malitatis, (a) & qui non in vanum, sed constantissimum hominem cadere potest; (b) qualis est, metus mortis, cruciatus corporis, (c) puta, verberum, (d) vinculorum, (e) carceris, (f) metus item servitutis, (g) deportationis, (h) stupri, (i) non etiam infamiae metus. (k)

a) l. Metum 5. ff. quod met. caus. (b) l. metum autem 6. ff. d. t. vide Dredac. Couar. in Epit. in lib. 4. Decretal. cap. 3. §. 4. num. 2. & 8. quo posteriori numero post alios tradit: arbitrio Iudicis decerni, quis metus in constantem cadere virum dicatur. Vide etiam Vvesenb. in parat. hic, num. 3. in fine. Zas. & Mynsing. ad §. quadrupli autem 25. Inst. de action. Scharf. ad Rubric. C. h. t. num. 6. qui putant, alium quoque metum hinc sufficere, quàm qui in constantissimum hominem cadere potest. (c) l. si per vim 4. l. si donationis 7. C. de his, qua vi, metu &c. caus. l. interpositas 13. C. de transact. l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit. l. continet 3. l. Nec timorem 7. §. 1. ff. quod met. caus. (d) d. l. 3. in fin. ff. d. t. (e) d. l. 7. §. 1. ff. eod. (f) l. qui in carcerem 22. & l. vlt. §. 1. ff. d. t. (g) l. ego puto 4. iunct. l. isti quidem 8. §. 1. ff. eod. (h) Deportatio enim civium numero hominem eximit: & instar est servitutis, ac mortis. §. cum autem 1. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solu. l. 1. §. penult. ff. de bonor. possess. cont. tab. (i) d. l. isti quidem 8. §. quod si dederit 2. ff. quod met. caus. (k) l. nec timorem 7. in princ. ff. d. t.

VI.

Non tamen sufficit, huiusmodi iniuri metum vexationibus, iactationibus, contestationibus: sed atrocitate facti eum inferri necesse est.

d. l. nec timorem 7. in princ. ff. quod met. caus. & l. metum 9. C. de his, qua vi, metu &c. caus. Obstat l. qui in aliena 6. §. vlt. ibi, metu verborum. ff. de acquir. vel omitt. hered.

Caprus

VII.

Captus item ab hostibus iusto in bello, si metu compulsus, pro sui redemptione promissionem pecuniæ fecerit, metus ille huc non pertinet.

Didac. Couar. in epit. in lib. 4. Decretal. cap. 3. §. 4. num. 13.

VIII.

Deinde exigimus, vt metus alicui sit ab alio illatus, (a) non à se ipso: (b) & quidem ab eo, qui & voluntatem, & facultatem inferendi metum habeat. Nulli enim sola dignitas, aut potentia absq; voluntate nocere debet ad inuidiam. (c) Neq; etiam vllus hunc inferre metum dicitur, quàm qui, quod minatur, præstare possit. Vnde, qui minatur alicui metum infamiæ, huc planè non pertinet, (d) si quidem infamia irrogetur solâ lege, vel proprio facto turpi. (e)

a) *l. metum 9. in princ. vers. ait enim. & l. item si 14. §. in hac actione 3. ff. quod. met. caus. Vnde, si alicui metus obuenerit casu, & ob hunc metum fecerit is votum, metus ille huc non pertinet. Vide Did. Couar. in epit. in 4. lib. Decret. cap. 3. §. 4. num. 16.* (b) *l. si mulier 21. in princ. ff. d. t. Vnde si quis criminis reus metu pœnæ sibi imponendæ uxorem ducat Annam, à qua ad supplicium iam trahendus in matrimonium petitus fuit, & ex consuetudine loci ita redemptus, hoc certè metu ab eo matrimonio postea se eximere non potest. arg. d. l. 21. in pr. ff. eod. Didac. Couar. d. cap. 3. §. 4. num. 17.* (c) *l. ad inuidiam 6. C. de his, quæ vi, metu sive caus.* (d) *d. l. nec timorem 7. in princ. ff. d. t.* (e) *l. 1. & tort. ff. de his, qui not. infam. Donel. lib. 15. comment. cap. 38. pag. 504. vers. Nihil agit voluntas.*

IX.

Adhæc postulant Iura, vt metus hic illicitè alicui sit obiectus. Si quam enim vim, & metum Magistratus iure licito, & iure honoris, quem sustinet, alicui inferat, edicto quod metus causâ, non tenetur.

l. continet igitur 3. §. 1. ff. quod met. caus. Iuris enim executio iniuriam non habet. l. iniuriarum 13. §. 1. ff. de iniur.

X.

Deniq; iuris hîc autoritas exigat, vt quid metus causâ gestum sit, (a) ex quo absit aliquid ei, qui metum passus est. (b)

a) *l. 1. ibi, quod metus causâ gestum erit, ff. quod met. caus. & Rubr. C. de his, quæ vi, metu sive caus. gesta sunt.* (b) *l. sed & partus 12. §. vlt. & l. item si 14. in princ. ff. d. t.*

XI.

Cæterum nihil interest, in se quis veritus sit, an in liberis suis, aut Coniuge, cum pro affectu parentes, & coniuges magis in liberis terreantur.

l. isti §. vlt. ff. quod met. caus. Vbi, quod de parentibus, & liberis traditur, Dd. non iniuriã ad coniuges etiam porrigunt.

XII.

Gestum autem hîc generaliter dicimus, quidquid cum alio geritur ex consensu; veluti alienatio, remissio, repudiatio, promissio: ut si quis metu compulsus rem suam vendiderit: aut debitori acceptilatione, aliaue liberatione debitum remisit: aut stipulanti quid promiserit: aut hereditatem vel adierit, vel repudiauerit, &c.

d. l. metum 9. §. sed quod Prætor 3. & §§. seqq. & l. seq. l. si mulier 21. §. vlt. ff. quod met. caus. vide Donel. lib. 21. commentar. cap. 5. pag. 663. & seq.

XIII.

Sequitur de Iuris remedio, quod aduersus hanc vim, & metum est constitutum. Idq; duplex est: Restitutio in integrum, & quæ eam sequitur, Actio, vel Exceptio.

l. metum 9. §. sed quod Prætor 3. vers. sed ex factò scio. & l. si mulier 21. §. vlt. ff. quod met. caus. Donel. autem dicto cap. 5. pag. 664. & lib. 15. commentar. cap. 38. pag. 506. vers. Ex hac causa, tradit, actionem quod metus causã, non desiderare precedentem in integrum restitutionem. Sed refellitur d. l. 9. §. sed quod Prætor 3. vers. sed ex factò, & §. vlt. ibi, cum hac actio restitui velit, item ibi, non esse restituendam actionem ff. quod met. caus.

XIV.

Restitutio in integrum hoc loco est, amissæ per metum rei, vel causæ (a) redintegratio, (b) quam Magistratus cognitã causã tribuit (c) metum passo, si ab eo postulata, desiderata, petita fuerit. (d)

a) *Paul. lib. 1. Recept. sentent. tit. 7. Per rem autem significatur res ea, quæ metu alienata est, & translata in aduersarium: per causam verò promissio metu extorta, at nondum per traditionem expleta, ut ex Isidoro lib. 5. Etymolog. ostendit Cuiac. ad Rubr. tit. ff. quod met. caus. (b) l. adolescentiæ tempus 2. C. in quib. caus. in integ. rest. nec. non est. Sed obstat, quod contractus bonæ fidei metu initus, ipso iure nullus est, ut propositum est supra, class. 1. disp. 3. thesi 5. (c) l. si cum*

cum pater tuus 2. C. si aduers. rem iudic. & l. si aduersus 2. C. si aduer. fisc. l. in causa 13. §. vlt. ff. de Minor. (d) Non, nisi imploratus suum officium impertit Magistratus, vel Iudex. l. vt fundus 18. ff. Com. diuid. & l. vlt. C. de fideicom. libert. proindeq; nec restitutionem in integrum. Et vbiq; in hac restitutionis materia desiderari, implorari, postulari, peti restitutio in integrum dicitur, l. non solum 39. §. est & casus 6. ibi, postulata est cognitio de in integrum restitutione ff. de Procurat. d. l. 2. C. si aduers. rem iudicat.

XV.

Est autem petenda restitutio in integrum intra quadriennium continuum, quod agenda, & peragenda causae restitutionis in integrum definitum est.

l. vlt. & ibi Dd. C. de temp. in integr. restitut. l. vlt. C. de repud. hered. c. 1. & 2. Ext. de restitut. in integr. in 6.

XVI.

Facta Restitutione locus est Actioni, & Exceptioni. Actio ea est vel vetus illa actio, quae competijt metu passo, ante illatum metum, sed quae eius voluntate metu coacta fuit amissa, restitutione autem in integrum restituta: vel est noua actio, ex hoc delicto, & metu nata, actio nempe quod metus causa. Vna tamen electa altera finitur.

l. metum 9. §. sed quod Praetor 3. & §. ac ll. seqq. & l. si mulier 21. §. vlt. ff. Quod met. caus.

XVII.

Vetus illa actio pro varietate eius, quod metu gestum est, vel in rem est, vel in personam. (a) In rem, si quis metu coactus rem suam alienauerit, puta, vendiderit alicui, & possessionem tradiderit. (b) In personam, si quis per metum debitori suo acceptilatione, vel alia liberatione debitum remisit. (c)

a) d. l. metum 9. §. volenti autem 4. & §. licet tamen 6. l. si mulier 21. §. vlt. vers. vlt. ff. Quod met. caus. (b) l. si vi, vel metu 3. C. de his, quae vi, metu sine caus. (c) d. l. metum 9. §. volenti 4. & §. ex hoc edicto 7. & d. l. si mulier 21. §. vlt. ff. d. t.

XVIII.

Quod si quis heres à coherede suo, aut heres testamentarius à legitimo herede metu compulsus hereditatem repudiauerit, tunc restitutus in integrum heres ille metum passus familiae eriscundae actio-

actionem contra coheredes, vel petitionem hereditatis aduersus legitimum illum heredem mouere potest.

XIX.

Vetus autem illa actio, per restitutionem in integrum reddita, non directa, sed utilis est. (a) Directa enim semel amissa in perpetuum non restituitur. (b)

a) *d. l. si mulier 21. §. vlt. ff. d. t.* (b) *l. qui res suas 98. §. aream 8. ff. de solut. & liber. l. Mauius 66. §. duorum testamentis 1. ff. de Leg. 2. Vide Donel. lib. 15. comment. cap. 38. pag. 507.*

XX.

Et datur vetus illa in rem actio ipsi, qui metum passus est, non solum contra inferentem metum, sed & aduersus tertium rei possessorem, etiam titulo possidentem, nisi hic præscriptione legitimi temporis munitus sit.

d. l. si vi, vel metu 3. C. de his, qua vi, metusue caus.

XXI.

Pretium autem, quod numerauit pro re, qui metu extorsit venditionem, reddendum est.

l. si vi, vel metu 3. l. si per vim 4. C. de his, qua vi, metusue caus. Facit l. quodd si minor 24. §. penult. ff. de minor. Sed obstare videtur l. penult. C. de his, qua vi, metusue caus. & l. penul. C. de rescind. vendit.

XXII.

Sed de restitutæ actionis in rem, vel in personam tempore, intra quod ea moueri debeat, quæri hoc loco potest? Donellus quadriennij spacium huic utili actioni præfinitum esse autumat: (a) At illi vnus anni meta iuris autoritate præfixa videtur. (b)

a) *dict. lib. 15. comment. cap. 38. pag. 507. lin 40. per l. vlt. C. de tempor. in integr. restit.* (b) *per l. in honorarijs 35. in sine principij ff. de O. & A. l. vlt. C. Quib. ex caus. maior. & §. rursus ex diuerso 5. Instit. de act. Sed obstare videtur tum l. 3. in fin. ibi, longa possessionis præscriptio C. de his, qua vi, metusue caus. tum l. 4. ibi, post annum verò in simplum. C. d. t. & l. item si 14. §. 1. vers. post annum ff. Quod met. caus.*

XXIII.

Succedit Actio, Quod metus causâ, cui locus est omni casu, quo quid iusto metu gestum est; puta, si quid alienatum fuerit: vel obligatio

tio

tio acceptilatione, vel aliâ liberatione remissa: vel aliquid stipulanti promissum: (a) vel hereditas repudiata sit. (b) Estq; hæc actio in personam: (c) in rem tamen scripta, (d) & arbitraria. (e)

a) *l. metum 9. §. sed quod Prætor 3. l. illud verum est 10. ff. h. t.* (b) *l. si mulier 21. §. vlt. ff. eod. l. si per vim 4. C. de his, quæ vi, metu sive caus.* (c) *§. præterea 31. vers. in personam, Inst. de action.* (d) *d. l. metum 9. §. vlt. iunct. §. 1. animaduertendum ibi, generaliter, & in rem loquitur, ff. Quod met. caus. Vide Donel. ad §. omnium autem 1. num. 9. Inst. de act. & lib. 15. Comment. cap. 38. pag. 511.* (e) *d. §. præterea 31. vers. in personam, Inst. de act. l. item 14. §. hæc autem actio 4. ff. quod met. caus.*

XXIV.

Sed dispiciendum, cui, & aduersus quem, tum etiam ad quid competat hæc actio. Competit autem ei, qui metum passus est, si illi per metum quid absit; (a) tum etiam heredibus ipsius. (b)

a) *l. sed & partus 12. §. vlt. l. item si 14. in princ. ff. d. t.* (b) *l. quod diximus 16. §. hæc actio 2. ff. eod. tit.*

XXV.

Datur autem aduersus eum, qui metum intulit, & contra eos, ad quos quid vel rei, vel lucri ex metu illato peruénit, quamuis crimine careant, id est, non intulerint metum.

d. l. metum 9. §. vlt. & l. item si 14. §. in hac actione 3. & §. aliquando 5. vers. Pedius, ff. quod met. caus. Vide Donel. lib. 15. Comment. cap. 38. pag. 511. & ad §. omnium autem 1. num. 9. pag. 44.

XXVI.

Et qui metum intulit, tenetur hac actione, etiamsi res vi ablata casu interciderit, (a) si quidem perpetuò moram faciat, & mora obligationem perpetuam reddat: (b) at bonæ fidei empror rei vi ablata non tenetur, si priusquam cognosceret, rem metu esse ablatam, ea sine eius dolo perierit. (c)

a) *l. 1. C. de his, quæ vi, metu sive caus. l. item 14. §. quid si homo 11. vers. hæc si post, ff. quod met. caus.* (b) *l. vlt. C. de condict. furt. l. penult. ff. de vi, & vi arm.* (c) *d. l. item 14. §. aliquando 5. ff. Quod met. caus. Facit l. qui petitorio 36. ff. de rei vindicat. & l. si ex legari 23. ff. de V. O. l. quod te 5. ff. si. cert. pet.*

XXVII.

Quòd si plures metum intulerint, aduersus singulos hæc actio conceditur in solidum, (a) tametsi ad vnum duntaxat res peruenit: (b) vnus tamen solutione cæteri liberantur. (c) Et si quid minus ab vno exactum fuerit, id à cæteris exigi potest. (d)

a) *d. l. item 14. §. vlt. ff. quod met. caus.* (b) *d. l. quod diximus 16. in princ. ff. d. t.* (c) *d. l. item 14. §. vlt. ff. eod.* (d) *l. aut in id. 15. ff. h. t.*

XXVIII.

In heredem quoq; , & cæteros successores datur hæc actio in id, quod peruénit ad eos; ne quod turpiter, vel scelere quæsitum est, ad compendium eorum pertineat.

d. l. quod diximus 16. §. vlt. ff. d. t.

XXIX.

Competit autem hæc actio in id, quod actori per metum abest. (a) Vnde si quæ res metu sit alienata, ea integra restituenda est; cum omnibus accessionibus, atq; omni causâ, itemq; omni iure ipsius rei, si quod alienatione factâ amissum sit. Proinde reus remittere tenetur de dolo, ne fortè deterior res sit facta: (b) iubetur etiam reddere partus ancillarum, fœtus pecorum, fructus prædiorum, non solùm quos percepit, sed & quos actor percipere potuit: (c) tum etiam iura: veluti seruitutes, & vsusfructus hac restitutione continentur. (d)

a) *d. l. sed & partus 12. in princ. ff. quod met. caus.* (b) *d. l. metum 9. §. ex hoc edicto 7. ff. eod. t.* (c) *d. l. sed & partus 12. in princ. & l. item 14. §. quadruplatur 7. ff. d. t.* (d) *d. l. metum 9. §. ex hoc edicto 7. vers. vlt. ff. d. t.*

XXX.

Quòd si creditor metu coactus debitorem suum vel principalem, vel fideiussorium acceptilatione, vel aliter liberauerit, tunc in hanc actionem illud venit, vt debitor in obligationem se, & pignora reponat, (a) id est, vel soluat, vel iudicium accipiat. (b)

a) *l. illud verum est 10. in princ. & §. 1. ff. quod met. caus.* (b) *d. l. metum 9. §. ex hoc edicto 7. & §. vlt. ff. d. t.*

Simili-

Similiter si ego heres à coheredibus meis, vel heres testamentarius à legitimis heredibus coactus hereditatem repudiauerim, hac, quod metus causâ, actione continetur ipsa hereditas mihi relicta.

l. si mulier 21. §. vlt. vers. vlt. ff. quod met. caus.

XXXII.

Quòd si verò quis metu compulsus aut stipulanti quid promiserit, aut quouis alio modo obligationi, quâ prius non tenebatur, se subiecerit, tum hac actione id consequi potest, vt Reus obligationem eam accepto ferat.

d. l. metum 9. §. sed quod Prator 3. vers. sed ex facto, iunct. §. ex hoc edicto 7. vers. sed & si per vim stipulanti. ff. quod met. caus.

XXXIII.

Reddere tamen vicissim actor & illud tenetur, quod ab eo, quî metum intulit, pro negotio metu gesto accepit.

l. si per vim 4. ibi, scilicet reddito à vobis precio, C. de his, qua vi, metusue caus. & fac. l. quòd si minor 24. §. penult. ff. de minor.

XXXIV.

Quia autem hæc Actio, quod metus causâ, arbitraria est, Iudex arbitrio suo certum Reo præfinit tempus, intra quod eum iubet Actori satisfacere. Quòd si Reus intra illud tempus non satisfecerit Actori, tunc in quadruplum condemnat Reum, in quo quadruplatur omne, quodcunque restitui oportet.

l. item 14. §. 1. §. hæc autem actio 4. & §. seq. §. quadruplatur 7. ff. quod met. caus. & l. si per vim 4. C. de his, qua vi, metusue caus. & §. præterea 31. vbi vide Donell. num. 4. & 5. Inst. de act. Quod autem Iudex præfinit tempus, quantum videatur esse satis, docet etiam præter Bart. ad. l. 2. C. de execut. rei iudic. & communiter Dd. ad §. quadrupli 25. Inst. de act. Donell. lib. 15. comm. cap. 38. pag. 509. lin. 47. Quidam tamen à lege hic etiam tempus iudicati constitutum esse autumant, arg. l. vlt. §. fin. C. de vsur. rei iudic.

XXXV.

Sed condemnatio illa in quadruplum, cui simplum inest, (a) fit intra annum duntaxat vtilem: post annum verò causâ cognitâ, in

simplum, (b) quanti scilicet iureiurando actoris res æstimata fuerit. (c)

a) *d. l. item 14. §. 1. in fin. vbi Cuiac. §. 2. & §. sed & si quis 9. & §. seq. ff. quod metus caus.* (b) *d. l. item 14. §. 1. & seq. ff. d. t. & l. 4. C. de his, quæ vi, metuue caus.* (c) *l. arbitrio 18. in princ. ff. de dolo.*

XXXVI.

Non est hoc loco ignorandum, quòd cum hac, quod metus causâ, actione, concurrat etiam actio de dolo: sed vna per alteram confunditur, exceptione in factum oppositâ.

d. l. item 14. §. eum, qui 13. ff. quod met. caus. vide Donell. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 524. in fin. & pag. seq.

XXXVII.

Restat Exceptio, quâ etiam metum passus in integrum restitutus tueri se potest; vt est exceptio, quod metus causâ, quâ is, qui metu coactus quid promisit stipulanti, aut quouis alio modo obligationi, quâ prius non tenebatur, se subiecit metu compulsus, defendere se potest aduersus eum, à quo vim sustinuit, si is ex ea obligatione, metu extortâ egerit.

l. metum 9. §. sed quod Prætor 3. vers. sed ex factis ff. quod met. caus.

XXXVIII.

Quod denique attinet probationem metus, notanda sunt hæc Vlpiani verba: sufficit hoc docere, metum sibi illatum, vel vim, & ex hac re eum, qui conuenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse. Cùm enim metus habeat in se ignorantiam, meritò quis non adstringitur, vt designet, quis ei metum, vel vim adhibuit: & ideo ad hoc tantùm actor adstringitur, vt doceat metum in causa fuisse, vt alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret.

l. item 14. §. in hac actione 3. ff. quod met. caus. De modo autem probandi metum vide latè differentem Ioseph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1054. & duabus seqq.

Hactenus

XXXIX.

Hactenus de Vi, & Metu: sequituriam de Dolo malo. Dolus malus est prava animi libido, (a) nocendi alteri, (b) facto quodam indicata. (c) Eumque delictum esse asserimus. (d)

a) Dolus non est ipse actus dolosus, sed quoddam animi adiunctum, prava scilicet eius libido, quæ ex actu quodam exteriori colligitur. l. dolum 6. C. de dolo malo. l. si voluntate 8. in princ. & l. dolus 10. C. de rescind. vendit. l. metum 9. C. de his, quæ vi, metusue caus. (b) l. 1. §. dolum 2. ibi alterius decipiendi. Item ibi, ad circumueniendum ff. de dol. mal. (c) l. quotiens 18. §. 1. ff. de probat. d. l. dolum 6. C. de dol. mal. l. non omnes 5. §. à barbaris 6. ff. de re milit. d. l. dolus 10. C. de rescind. vend. (d) l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. item exigit 16. ff. de dol. mal. Oldendorp. class. 6. act. 11. num. 3. Donell. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 528. vers. Hactenus causa.

XL.

Non probamus Aquilij, (a) Seruij, (b) Pedij, (c) & Iulij Pauli (d) definitionem doli mali, quæ hæc est: quòd sit machinatio quædam alterius decipiendi causâ; cum aliud simulatur, aliud agitur. Tum quia dolus non est ipsa machinatio, sed hæc est index doli, ut præcedens arguit thema: tum quia non omnis dolus fit machinatione: (e) tum quia machinationis nomen in ea definitione tropicum est, & metaphoram arguit: (f) tum etiam, quia non omnis dolus fit animo decipiendi aliquem: (g) tum denique, quòd etiam sine dolo aliud agi, aliud simulari potest. (h)

a) Apud Cicer. lib. 3. de Offic. (b) d. l. 1. §. dolum malum 2. ff. de dolo. (c) l. iurigentium 7. §. dolo malo 9. ff. de pact. (d) lib. 1. Recept. sentent. tit. 8. in princ. (e) Machinatio enim, cum dicta sit à machinari, facto continetur, cum tamen dolus fiat etiam verbis, sine facto, uti arguit definitio doli à Labeone tradita: in d. l. 1. §. dolum 2. ff. de dol. mal. (f) Machinari enim propriè est per instrumentum maiora quædam onera arte quadam impellere, & tollere. (g) Id patet ex iniuria, alijsq; delictis, quæ tamen omnia dolo continentur. (h) d. l. 1. §. dolum 2. vers. Labeo autem ff. de dol. mal. Donell. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 518. vers. Quibus generibus, & pag. seq. probat hanc definitionem doli mali, De eadem vide quoq; Hotoman. lib. 1. obseruat. cap. 20.

XLI.

Neq; nobis arridet doli mali definitio, tradita à Labeone: (a)
X 3 tum

tum quia æquè obscura est, atq; ipsum definitum, quod non satis explicat: (b) tum quia, vt dixi, machinationis nomen metaphoram continet: (c) tum etiam, quia non omnis dolus adhibetur ad circumueniendum aliquem. (d)

a) *in d. l. 1. §. dolum 2. vers. itaq; ipse. ff. de dol. mal.* (b) *Vt enim maximè sciamus, dolum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad alium circumueniendum adhibitam: tamen non magis hinc scimus, quid sit dolus, quàm priùs. Donel. lib. 15. Com. cap. 40. pag. 521. lin. 12. & seqq.* (c) *In definitionibus autem, vt Dialectici volunt, proprijs verbis vtendum est.* (d) *Circumuenire aliquem significat decipere, & insidijs inuolnere aliquem, cum tamen sæpenumero dolus alium in finem adhibeatur, vt conuincitur ex iniuria, alijsq; delictis, in quibus omnibus etiam dolus versatur.*

XLII.

Circa dolum autem spectamus tum genera factorum, quibus ille adhibetur; tum etiam doli effectus.

XLIII.

Genera eiusmodi factorum duo sunt. Prius continet facta, quibus ab aliquo volente, sed decepto quid exprimitur: posterius ea complectitur facta, quibus quid alicui ignorantia excutitur, & aufertur.

Donel. lib. 15. comment. cap. 40. pag. 516. & seq.

XLIV.

Volenti autem dolo quid detrahitur duobus modis: (a) Fallaciâ, id est, verbis mendacibus; (b) & machinatione, id est, facto, arte quadam ad eam rem composito. (c)

a) *Donel. d. cap. 40. pag. 517.* (b) *d. l. 1. §. dolum 2. vers. itaq; ibi, fallaciam, Item ibi, fallendum, ff. de dol. mal. Fallacia fit verbis. Ea enim vt Varro lib. 1. de ling. latin. inquit, à fando dicta est, quod quis fando quem decipit, & contra, quàm dicit, facit.* (c) *d. l. 1. §. dolum 2. ibi, machinatio, & vers. itaq; ibi, machinationem. ff. d. t.*

XLV.

Fallaciæ exempla sunt hæc: Mentiri de facultatibus debitoris futuri, vt ei pecuniam credas: (a) affirmare hereditatem esse minimam,

nam, ut eam ab herede minoris emas: (b) affirmare heredi, hereditatem esse soluendo, ut solida legata præstet: (c) persuadere creditori, te nihil debere, ut te vel liberet, vel iudicio patiatur absolui: (d) Mentiri hereditatem esse idoneam, ut heres eam adeat, & se implicet oneribus hereditarijs: (e) affirmare hereditatem non esse soluendo, ut heres eam repudiet: affirmare legatario, rem non esse meliorem in hereditate, ut eam optet, cæterarum electionem omit-
tat. (f)

a) *l. Et eleganter 7. §. vlt. ff. de dol. mal.* (b) *l. si quis affirmavit 9. in princ. ff. d. t.* (c) *l. si legatarius 23. ff. eod. tit.* (d) *l. seruus 20. §. vlt. & l. cum à te 25. ff. d. t.* (e) *l. is, qui decepit, vlt. ff. d. t.* (f) *d. l. si quis affirmavit 9. §. 1. ff. h. r.*

XLVI.

Machinationis exempla hæc sunt: permitttere alicui saxum è fundo tuo cædere, & cretam, vel arenam fodere, & cum sumptum eam in rem fecerit, non pati eum tollere: (a) Item sciens alicui donare fundum alienum, tanquam suum, qui posteaquam donatarius magnos in eum sumptus fecerit, à domino euincatur: (b) Commodare falsa pondera, ut venditor emptori merces appenderet, atq; ita paucioribus mercibus acceptis plus numerasset, quam conueniebat: (c) tum etiam si debitor curet, falsas literas ad creditorem suum mitti, tanquam scriptas à Titio, creditoris amico, quibus Titius significet, se aut debitori illi tantundem debere, aut ad eam summam se illi donare, aut aliter gratificari velle, ideo petat, ut velit eum liberare, se illam summam ei debiturum; creditor autem hac epistolâ persuasus debitorem acceptilatione liberet. (d)

a) *l. si cum mihi 34. ff. de dol.* (b) *l. Aristo 18. §. vlt. ff. de donat.* (c) *l. arbitrio 18. §. de eo 3. ff. de dol.* (d) *l. quidam debitor 38. ff. d. t.*

XLVII.

Sunt item machinationis exempla hæc: si quis filio exhereditato tabulas testamenti supprimat, quo fiat, ut ipse interim de inofficioso testamento queri non possit, atq; ita non præparatâ querelâ decedat: (a) proindeq; heredes eius querelam inofficiosi non habeant. Item si Titius oleum tuum, quasi suum defendat, & tu hoc oleum ipso volente deposueris apud Seium, ut is hoc venderet, & precium

precium seruaret, donec inter vos dijudicaretur, cuius oleum esset; Titius autem postea iudicium accipere nolit, atq; interim Seius soluendo esse desierit: (b) vt & si rei, quam venalem possessor habebat, litem proprietatis quispiam callidè moueat, ne quis emptor ad eam emendam interim accedat, & postquam vendendi opportunitas perempta est, à lite desistat. (c)

a) *d. l. si quis affirmavit 9. §. Item si tabula 2. ff. de dol.* (b) *d. l. 9. §. si oleum tuum 3. vbi Cuiac. ff. d. t.* (c) *l. rei, quam venalem 33. vbi Cuiac. ff. eod. tit.*

XLVIII.

Eiusdem generis exempla hæc sunt: si te Titio obtuleris de ea re, quam non possidebas, in hoc, vt alius vsucapiat, & iudicatum solui satisdederis: (a) si item effeceris, vt litigatori (iniecità scilicet ei aliquâ remorâ, ne in tempore iudicio adesse possit:) lis temporibus legitimis transactis pereat. (b)

a) *l. si te Titio 39. ff. de dol. mal.* (b) *d. l. arbitrio 18. §. pen. vbi vide Cuiac. ff. d. t. Vide eundem Cuiac. in lib. 11. Pauli ad edict. pag. 163.*

XLIX.

Alterum quod attinet genus, continens ea facta, quibus alteri ignorantibus excutitur, & adimitur dolo, eius etiam varia sunt exempla, & quidem huiusmodi: si proprietarius occiderit animal vsuarium, aut insulam fructuariam incenderit: (a) si heres seruum legatum occiderit ante aditam hereditatem: (b) si animal, quod dominus promiserat, alius absq; culpa promissoris occiderit, (c) ex quo animalis interitu debitoris liberatio sequitur: (d) si quis tabulas testamenti deleuerit, vt neq; heres institutus inde adire hereditatem possit, incertus de iure suo; neq; legatarij inde legata petere, quæ ex testamento iam probare non possunt: (e) si quis seruum alienum compeditum soluerit: (f) si quis quadrupedem alienam irritârît consultò, vt alij damnum daret: (g) si quis familiæ alienæ persuaserit, vt de possessione rei decederet, & ex eo discessu dominus quarundam rerum damnum fecerit: (h) Si quis fecerit, quò minus præsentem aduersario secundùm libertatem pronunciaretur: (i) si Procurator passus sit aduersarium meum vincere, vt absolueretur, atq; ita lis mihi pereat. (k)

a) *l. Et*

a) l. Et eleganter 7. §. si seruum 4. l. arbitrio 18. §. si dominus 2. ff. de dol.
 (b) d. l. Et eleganter 7. §. item si seruum 5. ff. d. t. (c) d. l. arbitrio 18. §. vlt.
 ff. eod. tit. (d) l. si ex legati 23. ff. de V. O. (e) l. si quis tabulas 35. ff. de dol.
 (f) d. l. Et eleganter 7. §. item Labeo querit 7. ff. d. t. (g) d. l. Et eleganter 7.
 §. si quadrupes 6. ff. eod. tit. (h) l. cum quis persuaserit 31. ff. h. t. (i) l. si dolo
 24. ff. d. t. (k) l. Et eleganter 7. §. penult. ff. h. t.

L.

Sequuntur effectus doli, qui in triplici sunt differentia: aut enim dolus ipso iure contractum nullum reddit; aut non reddit negotium ipso iure nullum; sed quoddam iuris remedium aliud à doli actione tribuit, quo deceptus rem seruare potest: aut verò eiusmodi remedio deficiente, actionem de dolo producit.

LI.

Ipso iure nullum reddit dolus contractum bonæ fidei, si ei causam dederit.

l. Et eleganter 7. in princ. vbi Cuiac. ff. de dol. mal. l. qui cum tutoribus 9. §. qui per fallaciam 2. ff. de transact. l. ea verò 3. §. vlt. ff. pro soc. l. nihil consensui 116. in princ. ff. de R. I. l. in causa 16. §. 1. ff. de Minor. Zas. ad §. actionum 28. num. 44. Et ibi Donel. num. 26. Inst. de Act. Didac. Couar. ad c. possessor male fidei par. 2. §. 6. num. 6. de Reg. Iur. in 6. Euerh. in loc. à contract. ad distract. n. 5. Coras. lib. 2. Miscel. c. 8. num. 3. Cuiac. lib. 8. obseru. c. 10. Et ad l. si quis, cum aliter 36. Et ibid. etiam Donel. num. 5. Et vlt. ff. de V. O. Idem Cuiac. ad l. si mulier 21. §. si dos metu 3. ff. quod met. caus. Mysing. cent. 6. obseru. 38. num. 6. And. Geil. lib. 2. obseru. 2. n. 6. Donel. lib. 12. Com. cap. 7. pag. 26. Bronch. cent. 1. assert. 38. Vide Dn. Præsidis Comment. ad l. contractus 23. cap. 2. num. 4. in fin. Et n. 5. Dissentit Ioan. Robert. lib. 3. animaduers. Iuris, cap. 1. 2. Et 3. Et lib. 3. Notar. cap. 1. 2. Et 3. Et VVesenb. in parat. ff. de dol. mal. in princ. Et num. 5.

LII.

Remedium verò illud à doli actione alienum, est vel actio aliqua, vel interdictum, vel restitutio in integrum, vel exceptio, & replicatio: quæ remedia omnia impediunt actionem de dolo.

LIII.

Neq; refert, actio illa sit vel bonæ fidei contractus, vel contractus stricti iuris; vel quasi contractus, vel maleficij alicuius.

Y

Quòd

LIV.

Quòd si enim dolus non dederit causam bonæ fidei contractui; sed duntaxat in hunc incidit, tunc actio eiusdem contractus locum habet, non doli actio: veluti actio ex empto, & vendito, si in emptione, & venditione alteruter contrahentium sit deceptus: (a) actio mandati, si in mandato alter ab altero sit circumventus: (b) actio commodati, si in commodato alter ab altero captus sit dolo. (c)

a) *l. ea qua 43. §. vlt. ff. de contrah. empt. l. tenetur 6. §. vlt. l. ex empto 11. §. si quis Virginem 5. l. Iulianus 13. §. si venditor 4. ff. de act. empt. & vend. l. & eleganter 7. §. non solum 3. & §. seruus 8. l. si quis affirmavit, 9. in princ. l. arbitrio 18. §. de eo 3. ff. de dol. mal.* (b) *l. si procuratorem 8. §. vlt. ff. mand.* (c) *l. in commodato 17. §. sicut autem 3. in fin. ff. commod.*

LV.

Similiter si contractus sit stricti iuris, & dolus vel ei causam dederit, vel incidit in ipsum contractum, tum vindicatur dolus ille non doli, sed eiusdem contractus actione.

l. Et eleganter 7. §. non solum 3. ff. de dol. l. si id 22. l. si quis 36. ff. de V. O. Vide Did. Couar. S. d. loco, num. 6. & 8.

LVI.

In quasi contractu si dolus interuenerit, locus erit actioni illius quasi contractus, veluti actioni tutelæ si quid Tutor in tutelæ administratione dolo malo gesserit: (a) vel actioni negotiorum gestorum, si negotiorum gestor quid dolo egerit in negotijs alienis. (b)

a) *l. quicquid 7. C. arbit. tut.* (b) *l. si negotia 11. ff. de negot. gest.*

LVII.

Sic ex maleficijs, cum alia specialis sit actio, cessat actio de dolo, veluti in damno iniuriâ dato, & rapina. (a) Populares quoque actiones excludunt actionem de dolo. (b)

a) *l. & eleganter 7. §. 1. & §. si seruum 4. ff. de dolo,* (b) *d. l. & eleganter 7. §. Pomponius autem 2. ff. d. t.*

LVIII.

Similiter & interdicto dolus admissus vindicatur: & si locus sit alicui

alicui interdicto, veluti interdicto, quod vi, aut clam, cessat de dolo actio.

l. 1. §. ait Prator 4. ff. de dol. mal.

LIX.

Quòd si etiam dolo circumuentus in integrum restitui possit; non datur ei de dolo actio; sed in integrum restitutionem petit. (a) Vnde si creditor deceptus acceptilatione debitorem liberavit, si minor sit, in integrum restituitur, & cessat hæc actio. (b)

a) *l. 1. §. idem Pomponius refert 6. ff. de dol. mal. l. Diuus Antoninus 7. §. 1. ff. de in integr. rest.* (b) *l. quidam 38. ff. de dol. mal.*

LX.

Quandoque etiam, vt supra dixi, decepto competit exceptio, quæ & ipsa actionem doli excludit: (a) vt si quis deceptus dolo stipulanti quid promisit, si stipulator actione consistat aduersus promissorem, potest hic exceptione doli se tueri.

a) *l. 1. §. ait Prator 4. d. l. & eleganter 7. in princ. ff. de dol. mal.*

LXI.

Interdum quoque dolo deceptus replicatione vti potest, quæ & ipsa actionem de dolo cessare facit: vt si, cum à te pecuniam peterem, eoque nomine iudicium acceptum est, falsò mihi persuaseris, tanquam eam pecuniam seruo meo, aut Procuratori soluisses, eoq; modo consecutus sis, vt consentiente me absoluereris, ex integro tecum agere possum; & si obijciatur mihi exceptio rei iudicatæ, replicatione doli iure vti possum. (a) Si quoque abs te rem meam vindicem, & conueniat inter nos nudo pacto, vt ego à lite discedam, & tu vicissim quid mihi hoc nomine des, dolo autem promissum non soluas, proindeque veteri actione meâ aduersus te consistam, tu verò exceptionem pacti opponas, doli replicatione ad obsequium placiti vrgere te possum. (b)

a) *l. cum à te 25. ff. de dol. mal. Sed obstare videtur l. seruus 20. §. vlt. ff. d. r. vide Cuiac. in lib. 11. Pauli ad edictum, pag. 165. & seq. & Donell. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 527. vers. Sexta, & postrema.* (b) *l. siue apud acta 28. C. de transact.*

LXII.

Et quamuis eiusmodi aliquod remedium non contra eum, qui deceptus, sed quem alium competat; attamen doli actio non datur aduersus eum, qui deceptus: (a) modò tamen alius ille soluendo fuerit. (b)

a) l. 1. §. vlt. l. 2. l. 3. l. 4. & l. 5. ff. d. t. (b) d. l. 5. in fin. l. 6. l. 7. §. penult. ff. d. t.

LXIII.

Quòd si etiam dolo circumuentus aliam habuerit quidem actionem, sed factò, aut negligentia suã amiserit eam, cessat de dolo actio, nisi in amittenda illa actione dolum quoque malum passus fuerit.

l. 1. §. idem Pomponius refert 6. & §. seq. ff. d. t.

LXIV.

Et si verò, vt hactenus ostensum fuit, cum deceptus alio quodam remedio rem seruare potest, stringere actionem de dolo aduersus eum, à quo deceptus fuit, nequit; (a) veruntamen concurrat quandoque cum alia actione de dolo actio, puta, cum actione, quod metus causã; (b) & cum actione præscriptis verbis ex articulo, facio, vt des; (c) Item cum actione in factum subsidiaria, si quis doli actione omisã, honestius cum suo aduersario configere velit; (d) non etiam cum conditione indebiti, in casu l. si legatarius 23. ff. h. t. (e) neque cum actione mandati, in casu l. 1. C. eod. t. (f) neque cum actione ex stipulatione in casu l. si fideiussor 19. ff. h. t. (g)

a) l. Diuus pen. §. vlt. ff. de in integr. restit. l. 1. §. ait Prætor 4. & l. & eleganter 7. in princ. ff. de dol. mal. (b) l. item si 14. §. eum, qui metum 13. ff. quod met. caus. Cuiac. ad l. 1. ff. de dol. mal. & alij alibi. Dissent. Donell. lib. 15. Commentar. cap. 40. pag. 524. in fin. & pag. seq. (c) l. naturalis 5. §. at cum do. 2. vers. sed si dedi tibi, & l. solent 15. in fin. ff. de præscr. verb. Duar. ad l. iurigentium 7. ff. de pact. Dissent. Donell. ad t. ff. de præscr. verb. cap. 16. & lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 525. in fin. & pag. seq. (d) l. non debet 11. in fin. & l. rei, quam venalem 33. vbi Cuiac. ff. de dol. l. cum reus 14. ff. de fideiuss. Duar. ad l. iurigentium 7. §. sed & si 2. vers. & ideo putoff. de pact. Cuiac. ad l. 1. ff. de dol. mal. (e) Condictio enim indebiti excludit actionem de dolo. l. arbitrio 18. §. de eo, qui sciens 3. ff. de dol. mal. Cuiac. ad l. si legatarius 23. ff. de dol. & in lib. 11. Pauli ad edict. pag.

pag. 164. & seq. Sed obstare videtur l. fideicommissum 7. C. de condict. indeb. l. si quis 2. ff. d. t. ad quæ loca respondent Cuiac. & Donell. sed alius aliter. (f) Obstare videtur l. si mandatu 59. §. 1. ff. Mand. Sed vide Cuiac. lib. 3. obseru. cap. 37. & Donell. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 526. vers. Quarta species. (g) Obstat l. mora 32. §. vlt. ff. de usur. & l. cum filius familias 49. & l. mora 88. ff. de V. O. ad quæ loca aliter respondet Cuiac. in lib. 37. Quæst. Papin. pag. 212. aliter Donel. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 527. vers. Quinta species.

LXV.

Dispiciendum nunc de Actione doli: circa quam spectamus, tum qualis hæc sit actio, & quæ res hac actione petatur; tum personas, inter quas agitur, & tempus huic actioni præfinitum.

LXVI.

Est autem hæc Actio in personam ex obligatione (a) maleficio constituta, (b) & quidem arbitraria. (c)

a) §. præterea 31. vers. in personam, Inst. de act. (b) l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. item exigit 16. & l. Sabinus 29. ff. de dol. mal. (c) d. §. præterea 31. vers. in personam, Inst. de action.

LXVII.

Eaq; petitur, vt, quod dolo amissum est, restituatur arbitrio, & iussu Iudicis: nisi res restituatur, sequitur sententia, & condemnatio, quanti actor in litem iurauerit, quod tamen iusiurandum taxatione Iudicis refrenatur. (a) Si manifestum fuerit, rem restitui non posse, vt si seruus dolo malo traditus defunctus, aut res alia perempta, vel amissa sit, iussus, & arbitrium Iudicis hic cessat, & protinus condemnator Reus, in id, quod interest actoris. (b)

a) l. arbitrio 18. in princ. vbi Cuiac. ff. de dol. mal. Idem Cuiac. in lib. 13. Pauli ad Edict. pag. 162. & seq. Donel. lib. 5. Com. cap. 40. pag. 528. vers. Quæ contineat. (b) d. l. arbitrio 18. §. 1. ff. h. t. Atq; hoc interesse aestimatur quoque actoris iureiurando in litem, si Rei dolo, vel latæ culpæ res perierit. l. siue nostrum 2. §. 1. vers. cum verò dolus ff. de in lit. iur. & l. is, qui 2. C. d. tit. Donel. lib. 15. Comm. cap. 40. pag. 528. vers. Quæ contineat, circa fin. Vel aestimatur iureiur an-

do actoris, quanti reuera est, si Rei culpâ saltem non amplius exstet. d. l. 2. §. 1. in prin. & l. in actionibus 5. §. vlt. ff. d. t. Oldendor. class. 6. act. 11. in fin.

LXVIII.

Quòd si res aliqua corporalis non sit amissa, sed quod aliud damnum datum, tunc actor tantum hac actione consequitur, quanti suâ interfuit, dolo aduersarij se non fuisse deceptum.

d. l. arbitrio 18. §. pen. & l. cum quis persuaserit, 31. ff. de dol. mal. Oldendorp. class. 6. act. 11. num. 6.

LXIX.

De quantitate autem modica, vt quæ duos aureos non excedit, non decernitur hæc actio.

l. si quis affirmavit 9. §. vlt. & l. seq. vbi Cuiac. ff. de dol. mal. Vide eundem Cuiac. in lib. 11. Pauli ad Edict. pag. 159. & seq.

LXX.

Decernitur verò hæc actio illi, qui deceptus est, eiusq; heredibus, (a) aduersus eum, cuius dolo factum est id, de quo agitur. (b) eiusq; heredes, si quid ad hos ex ea reperuerit: (c) tum etiam contra pupillum, si quid ad eum ex tutoris dolo reperuerit: (d) item aduersus municipes, si quid ex dolo administratorum ad ipsos reperuerit: (e) proindeq; etiam contra dominum, si ex Procuratoris dolo fuerit locupletior factus. (f)

a) l. heredibus 13. in prin. ff. de dol. (b) l. sed & ex dolo 15. §. vlt. ff. d. t. (c) d. l. heredibus 13. in prin. iunct. l. si plures 17. §. 1. & l. in heredem 26. ff. eod. t. (d) d. l. sed & ex dolo 15. in prin. ff. h. t. (e) d. l. 15. §. 1. ff. d. t. (f) d. l. 15. §. pen. ff. h. t.

LXXI.

Si plures dolo fecerint, & vnus restituerit, omnes liberantur. Quòd si vnus etiam, quanti ea res est, præstiterit, adhuc cæteri liberantur.

l. si plures 17. in prin. ff. h. t.

Cate-

LXXII.

Cæterum liberis aduersus Parentes, libertis aduersus Patronos, humili aduersus eum, qui in dignitate constitutus est, puta plebeio aduersus Magistratum, aut consularem, vili, vt luxurioso, aut prodigo aduersus vitæ emendatoris homines hæc actio non tribuitur: sed in locum eius datur actio in factum.

l. non debet 11. §. 1. vbi Cuiac. ff. h. t. l. si superstitie patre §. C. eod. Donel. lib. 15. Comment. cap. 40. pag. 528. in prin.

LXXIII.

Tempus huic actioni præfinitum olim erat annus utilis: ex lege verò Constantini est biennium continuum; quod tempus etiam ignorantia cedit ex eo die, quo dicitur dolus admissus.

l. vlt. C. de dol. mal. Quod dixi, hanc actionem ignorantia cedere, obstat l. non possunt 3. C. h. t. Donel. hanc antinomial tollere conatur dict. lib. 15. cap. 40. pag. 529. circa finem: sed eum, volentem quòd d. l. 3. corrigatur per d. l. vlt. minime sequimur.

LXXIV.

Est & illud singulare in hac actione, quòd etiam cæpta præfinito tempore ultra biennium exerceri non potest: sed post biennium quoq; finitur.

d. l. vlt. C. h. t. Cætera actiones temporales per litis contestationem fiunt perpetua, l. vlt. in fin. ff. de fideiuss. tutor. l. nam posteaquam 9. §. si is, 3. ff. iureiur. l. aliam causam 29. ff. de nouat. l. 1. §. causa 4. ff. de iure fisci. l. omnes 139. l. non soles 86. & l. nemo enim 87. ff. de R. I.

LXXV.

In id tamen, quod peruénit ex admissio dolo ad aduersarium, competit hæc actio etiam post biennium: & quidem perpetuò.

l. itaq; 28. & l. seq. de dol. mal.

LXXVI.

Deniq; circa doli actionem & illud quæri vtiliter hinc potest: vtrum ille, qui moturus est hanc actionem, prius in integrum sit restituendus, nec ne, vbi dolo inductus consensum suum alicui accomodauit? Donellus negat: (a) Nos illud contrà affirmamus. (b)

a) lib. 21.

a) lib. 21. Comment. cap. 5. pag. 664. lin. 35. & seqq. (b) l. 1. ff. de integr. restit. & §. 1. tit. 7. lib. 1. sentent. Pauli, ubi Paulus Iurisconsultus Integri, ait, restitutionem Prator tribuit ex his causis, quæ per metum, dolum, &c. gesta esse dicuntur.

LXXVII.

Restat Alienatio iudicij mutandi, de qua iudicium futurum fuit, (a) causâ facta; quæ est delictum, (b) quo possessor rei eandem alienat, ut petitori duriores, difficiliorem, molestiorem aduersarium suo loco substituat. (c)

a) l. ex hoc edicto 8. §. 1. ff. de alienat. iudic. mut. caus. fact. Rei litigiosæ alienatio rescinditur l. 2. & vlt. C. de litig. & nouus dominus exceptione repellitur, l. 1. §. 1. ff. d. t. l. 1. §. vlt. ff. quæ respign. oblig. l. bonâ fide 27. §. 1. ff. ad Senatusconsultum Velleian. Vide Cuiac. in parat. C. de litig. (b) l. 1. in prin. ibi, idq; datâ operâ in fraudem nostram l. item si res 4. §. si quis autem 3. & §. seq. l. quia pertinet 7. ff. h. t. Donel. lib. 15. Comment. cap. 27. pag. 456. vers. Prima species. (c) d. l. 1. 2. 3. & tot. tit. ff. & C. h.

LXXVIII.

Circa hoc autem delictum spectamus, tum Alienationem ipsam, iudicij mutandi causâ factam; tum Iuris remedium, quo isthæc coercetur alienatio.

LXXIX.

In eiusmodi alienatione tria consideramus; possessorem alienantem, titulum alienationis, & alienationis finem.

LXXX.

Possessorem alienantem hîc intelligimus eum, cum quo acturi fuimus vel rei vindicatione, (a) licet non dominium, sed possessionem alienauerit, (b) vel confessoriâ, aut negatoriâ, (c) vel interdicto quod vi, aut clam, aut aquæ pluuiæ arcendæ actione, (d) vel cui nouum opus nunciauimus, (e) vel contra quem communi diuidundo iudicio consistere voluimus. (f)

a) d. l. 3. §. 1. ibi, hominem, quem petebamus. l. 4. in prin. ibi, nec peti. §. non solum 2. & §. pen. ibi, si res non fuit petitoris, ff. h. t. & l. vn. C. eod. t. (b) d. l. 4. §. non solum 2. ff. h. (c) l. 4. §. adiura etiam 4. ff. h. t. (d) d. l. 3. §. 2. ff. eod. (e) d. l. 3. §. opus quoq; nouum 3. ff. d. t. (f) l. vlt. ff. h. t.

Quari-

LXXXI.

Quæritur: an huc quoque pertineat debitor, qui alium debitorem suo loco substituit? Id quod negamus.

Per l. 1. C. de nouat. Cuiac. lib. 10. obseru. cap. 3. Vvesenb. in parat. C. de alien. iud. mut. caus. fact.

LXXXII.

Sed si creditor durioris aduersarij obijciendi causâ nomen, siue actionem suam personalem alteri cedat, num quid debitor edicto de alienatione iudicij mutandi causâ facta, se tueri poterit? Ita quidem cum Accursio Cuiac. (a) existimat, quem etiam sequitur Vvesenb. (b) Atqui hæc sententia vix obtinebit. (c)

a) lib. 10. obseru. cap. 3. (b) in parat. C. de alienat. iud. mut. caus. fact. (c) Tum quia tit. in ff. & C. est conceptus de alienatione. Alienationis autem verbum pertinet ad res, non ad actiones, quæ non alienari, sed cedi, præstari, exhiberi dicuntur: tum quia tot. tit. ff. & C. agitur tantum de actionibus in rem, non personalibus actionibus. Non obstat l. vlt. ff. h. t. Nam & actio communi diuidendo, de qua ibi agitur, tam in rem est, quam in personam, §. quædam actiones 20. vers. item, Inst. de act. Neg, obstat l. 4. §. si quis 3. vers. ceterum, ff. h. t. Facit enim eo loco Iurisconsultus mentionem dominij. Vnde patet, quod loquatur de actione tantum in rem. Neg, tamen impunè quis potest personalem actionem potentiori cedere, tot. tit. C. ne lic. potent. litig. præst. Cuiac. lib. 16. obseru. cap. 16. Nec quisquam alienam personalem actionem in se transferre impunè potest, l. antepen. & vlt. C. Mand.

LXXXIII.

Titulus alienationis eiusmodi vt sit necesse est, quo inter viuos res alienatur: veluti, venditio, (a) donatio, (b) serui manumissio, (c) vel quis alius similis titulus: non tamen solutio. (d) Mortis vero causâ licitè fit alienatio; puta, herede instituendo, vel quid legando. (e)

a) l. ex hoc edicto 8. §. vlt. & l. vlt. ff. h. t. d. l. vn. C. eod. tit. (b) l. cum miles 11. ff. d. t. (c) d. l. 3. §. 1. ff. h. t. (d) l. nam etsi 10. in prin. ff. eod. (e) d. l. ex hoc edicto 8. §. sed heredem 3. ff. h. t.

LXXXIV.

Quod attinet finem huius actionis, certè requiritur hîc, vt ea
 Z fit

fit facta futuri iudicij mutandi causâ, (a) & quidem animo obijciendi actori duriolem, siue difficiliorem aduersarium, vnde dolus malus arguitur; vt si in alterius prouinciæ hominem, vel potentiolem aliquem, aut alium, qui vexaturus sit actorem, alienauerit rem controuersam: (b) aut aliàs duriolem actoris conditionem fecerit. (c)

a) *d. l. ex hoc edicto 8. §. 1. & l. vlt. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.* (b) *d. l. 1. in fin. l. 2. l. 3. in prin. & l. vlt. ff. h. t.* (c) *d. l. 3. §. 1. ff. eod.*

LXXXV.

Quòd si quidem iudicij mutandi causâ, non tamen dolo malo; vel dolo quidem malo, at non iudicij mutandi causâ rei controuersæ alienatio facta fuerit, alienatio ea huc non pertinet.

l. item, si res 4. §. 1. ff. h. t.

LXXXVI.

Remedium iuris, quo coercetur huiusmodi alienatio, est vel prætoriam in factum actio, (a) vel denegatio actionis. (b)

a) *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de alienat. iud. mut. caus. fact. l. communis 240 §. 1. ff. comm. diuid.* (b) *l. vlt. ff. h. t.*

LXXXVII.

Actio illa in factum prætoriam datur ei, in cuius fraudem res alienata est, aduersus eum, qui dolo malo alienauit. (a) Estq; restitutoria, (b) & quidem personalis ex delicto: (c) vnde in heredem non datur, licet heredi competat. (d)

a) *l. 1. & tot. tit. ff. & C. de alien. iud. mut. caus. fact.* (b) *l. 3. §. ex quibus 4. ff. d. t. & l. vn. C. eod.* (c) *l. item si 4. §. si quis autem 3. ibi, cum in hoc edicto doli mali fiat mentio, & §. seq. ibi, modò si dolo malo fiat alienatio, & l. quia pertinet 7. ff. d. t.* (d) *d. l. 4. in fin. & l. seq. ff. hoc tit.*

LXXXVIII.

Et si tutor pupilli, vel curator furiosi alienauerit, utilis actio competit: quia consilium huius fraudis inire non possunt.

l. nam & si obligatus 10. §. 1. ff. h. t.

Conti-

MVTANDI CAUSA FACTA.
LXXXIX.

25

86

Continet autem hæc actio rei persecutionem, (a) & tanticâ actori tenetur aduersarius, quanti eius interest, alium aduersarium non habuisse. (b)

a) d. l. 4. in fin. & l. qui apertinet 7. ff. de alien. iud. mut. caus. fact. (b) l. 1. & l. 3. §. ex quibus 4. ff. d. t.

XC.

Et quia hæc etiam Actio arbitraria est, (a) si reus rem deinde receperit, & restituerit eam actori, cessat hæc in factum Actio; (b) quæ denegatur etiam aduersus eum, qui paratus est vtile iudicium pati, perinde ac si possideret. (c)

a) l. 4. §. vlt. ibi, arbitrio iudicis, & l. ex hoc edicto 8. in prin. ff. h. t. iunct. §. præterea 31. vers. In his enim actionibus, Inst. de Act. Cuiac. in lib. 12. Pauli ad Edict. pag. 180. col. 2. (b) d. l. ex hoc edicto 8. in prin. & §. si quis alienauerit, 4. ff. h. t. (c) d. l. 3. §. vlt. ff. eod.

XCI.

Sed quæstionis est: an etiam contra inuitum eum, qui dolo malo alienauit rem, possit utilis re i vindicatio moueri? Nos id negandum arbitramur, (a) nisi alienata res amplius non extet; aut ignoretur, vbi sit. Quo casu etiam ex veterum Iurisconsultorum sententia aduersus eum vindicatio competit. (b)

a) per d. l. 3. §. vlt. ibi, paratus sit pati, ff. h. t. (b) l. quod si dolo 22. l. is, qui, 25. l. sin autem 27. §. sed & is 3. l. qui petitorio 36. ff. de rei vindicat. l. nec vllam 13. §. pen. ff. de petit. hered. l. qui dolo 131. l. parem esse conditionem, 150. ff. de R. l. Sed vide Duar. ad tit. ff. & C. de alien. iud. mut. caus. fact.

XCII.

Cæterum hæc in factum actio post annum vtilem non datur: (a) licet quidam (b) intra quadriennium continuum hanc mouendam esse actionem velint. (c)

a) l. vel post annum 6. ff. de alien. iud. mut. caus. fact. & l. post venditionem 16. in fin. ff. de aq. & aq. plu. arc. (b) Duar. ad d. t. de alien. iud. mut. caus. fact. (c) per l. vlt. C. de tempor. in integr. restit.

Z 2

Est

XCIII.

Est tamen hoc loco sciendum; quòd quis possit etiam aduersus possessorem rei alienatæ in rem actione consistere, si cum eo confingere malit.

d. l. vn. vbi Cuiac. C. de alien. iud. mut. caus. fact. l. Stichum 95. S. dolofecisti 9. ff. de solut.

XCIV.

Deniq; actionis denegationem quod attinet, locus illi est, si socius iudicij communi diuidendo euitandi causâ rem communem, vel eius partem alienauerit. Siue enim ille receperit iterum rem alienatam, denegatur ei actio communi diuidendo: siue non receperit eam, denegabitur eadem illa actio ipsi, in quem facta est alienatio.

l. vlt. ff. de alien. iud. mut. caus. fact.

FINIS DISPUTATIONIS
S E X T Æ.

Ka 3071

(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



sb

Blind. 3/1.





Disputatio VI.

DE VI COMPULSIVA, DE DO-
lo item malo, & Alienatione iudicij mutandi
causâ facta,

QVAM,

Diuinâ aspirante gratiâ,

P R Æ S I D E,

CLARISSIMO

ET CONSULTISSIMO VIRO, DN.

HENRICO BOCERO, V. I. D.

& Professore in illustri Tubingensium Academia
celeberrimo, Domino Præceptore
suo honorando:

ORDINARIÏ EXERCITII GRATIA,
horâ locoque consuetis, pro tenuitate suâ ad 27.
diem Aprilis defendere co-
nabitur

M. GEORGIVS LEBEMYCVS
Austr.



TUBINGÆ,
Apud Georgium Gruppenbachium,

ANNO M. D. XCVIII.

V

